



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXVII. Herzog Albrecht's von Mecklenburg Versicherung über die Zoll- und Geleitgelder der Bürger von Brietzen in seinen Landen, vom 26. August 1350.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

XXVI. Die Markgrafen Ludwig der Ältere und Ludwig der Römer bestätigen der Stadt Briesen die Zollfreiheit in der Mark, am 22. Aug. 1350.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus et Ludovicus Romanus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses et Lusatie, Sacri Romani imperij Archi-Camerarius, Comites Palatini Rheni et Duces Bavarie, intuentes fidelitatis constantiam per discretos viros Consules et universitatem civitatis nostre Bryzen cives fideles nostros dilectos nobis multipliciter sub laboribus et expensis gravibus exhibitam et commendabiliter continuatam et in antea fidelius ut hactenus fecerunt continuandam, ipsis presentibus et futuris ut modo singulis et universis jure civili in eadem civitate nostra scientifice fruentibus seu in posterum fruendis ad relevandam inopiam et egestatem propter conservationem nostri perceptam, gratiam, quod perpetuo cum mercimoniis et singulis rebus suis quocunque nomine nominari poterint sine cujuslibet theoloni seu conductus ac etiam alterius extorsionis datione, singulos principatus, terras, dominia et districtus nostros soluti et liberi semota offensione qualibet transire debebunt et poterunt, fecimus et presentibus facimus specialem, mandantes singulis et universis Capitaneis, Advocatis, iudicibus, Theolonariis et officiatis nostris quibuscunque presentibus et futuris, quatenus predictos Consules, universitatem civitatis nostre Bryzen pretactæ et ipsius incolas, ut permittitur, quoscunque in premissa nostra gratia foveant et conservent, non permittendo, quod aliquis ipsam violare presumat nostre gratie sub obtentu. In cujus evidentiam pleniorum presentes dari fecimus sigillorum nostrorum munimine firmiter munitas. Datum in Insula Wistock in castris Anno Domini M. CCC. quinquagesimo, die Dominica ante festum beati Bartholomei Apostoli.

XXVII. Herzog Albrecht's von Mecklenburg Versicherung über die Zoll- und Geleitgelder der Bürger von Briesen in seinen Landen, vom 26. August 1350.

Ad omnium et singulorum presentium et futurorum notitiam deducimus per presentes, quod Nos Albertus Dei Gratia Dux Magnopolensis, Stargardie et Rostogk Dominus, Universis et singulis Civibus Civitatis Bryzen cum suis negotiationibus ac Mercimoniis per totum nostri domini districtum libere absque omni onere Theoloni indebiti et inconstueti nec non Ducatus, in quantum nostre securitatis conductum dedimus et presentibus damus, pre omnibus pacifice et dimittere volentibus nostri causa, exhortantes et requirentes vos universos officiarios nostros fideles, ad quos prearratos Cives de Bryzen pervenire contingerit, ut ipsos cum suis rebus amore nostri cum affectu promotos habeatis. In quorum evidentiam nostri secreti appensione presentes dedimus communitas. Datum Middenwalde, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, feria quarta proxima post Bartholomei Apostoli.

Gumblinger'sche Urkundenammlung III, 2. S. 216. Buchholz Gesch. V, 97.